

Davidem vobis ignotum & regia sceptrum
non dicetis enim, nevé ignorete Boasum
Jessidæ proavum. Pronepos hic quanta canebat?
quo neq; cantor erat, vates nec dulcior ullus,
& jaculari idem sapiens & tangere metam.
Hunc Deus afflabat sacro spiramine, gnato

96. facundum ut caneret ventura in sæcula carmen:

*Dixerat Omnipotens divinâ voce locutus
ad Dominum, ecce! meum gignendum ex sanguine nostro,
Filius ipse meus, tum quâ primordia mundi
precedis, tum quâ castissima viscera matris
transibis, tibi sit rerum data tanta potestas,
ut dextra teneas nostræ loca prima potentis,
sub tua subiiciam validos vestigia, ut heros*

104 *de victos imis scabellis subiicit, hostes:*

*vexilla ipse tui clarâ de rupe Sionis
extendam imperii per millia mille virorum,
quâ petit occiduas Atlanticus Hesperus undas,
quâq; capis latè Gangericus Helius ortum.
Hosce coërcebis per ferrea sceptrâ rebelles,
contundesq; tuis manibus durissima corda,
ceu figulus, celeri quàm finxerat arte rotarum,*

112. *tâm facili fragilem confringit pollice testam.*

Nec Christiana Cohors solùm sic dicta resolvit
psalmorum, ratione pari cepere vetusti,

(a) Rabbenu Hakkadosch, Targumim (ω) & cæcus Joseph

at-

(a) Vide præ ceteris Petri Galatini lib. IIX. de Arcanis Cathol.
Verit. c. 24. & alibi. (ω) de quibus Gerhardus Method. Stud. Theol.
part. 2. sect. prior. c. 3. Buxtorf. Biblioth. Rabbin. pag. 293. Glaff.
Philol. Sacr. lib. I. tract. I. argum. II. pag. 21. Walther. Officin. Bi-
blic. Thec. 4. Arc. I. §. 308-311.